



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1655**

§. 178. Iesum vero flagellatum tradidit eis. v. 26.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45515**

nam peccatum & pœnam in se recipere vellent Iudei, dimisit illis Barabbā, qui interpretatur filius patris nempe homicidarum, & seditionum, qui est diabolus, vel certe filius patris per antonomasiā, quod eum pater suus valde indulgenter educasset, & sic in insignem latronem evasisset, ut solet fieri in molliter educatis, qui communiter solent esse corruptissimi.

**O** Quanta est fragilitas humana! etiam inter magnates, & prudentiores mundi. Exemplum nobis hic est ipse Pilatus, vir alias doctus, prudens, iustitiae amans & quidem Romanus &c. vietus spe præmiorum, timore ludorum obliviscitur iustitiae, transit ad iniquitatem, flebitur ad petitionem inimicorum, dat liberum latronem iniquum & seditionum, servat punientium salvatorem & virum iustum. O iniquitas! Domine obsecro fragilitati meæ succurre tempore auxilio tuo & gratia, ne unquam transeam ad iniquitatem tantam, ut velim operari iniustiam ad cuiuscunque petitionem vel instigationem, sed continuo amem id quod iustum est & faciam. sed & Domine Deus succurre parentibus in educatione prolium suarum, aufer ab eis cor indulgens, cor Heli, cor dissimilans peccata filiorum suorum, & da eis vultum reverum, & manum fortē, ut heroicē, & prudenter educant proles suas, ne habeamus novos Barabbas in terra.

§. 178. Iesum vero flagellatum tradidit eis. v. 26.

Hic tandem diabolus per gradus sensim Pilatum eo perduxit, ut manus in Christum iniiceret crudeles manus, inquam Tyrannicas, in eum, quem toties excusavit, & quod peius est etiam flagellatum tradidit eis, neque inimicis.

**O** Domine nolo hic multum hærente in tui virginis corporis dentatione, alligatione ad columnam, verberatione, ista me nimis terret quia singula absque alio sunt grande tormentum, denudatio pudorem, alligatio dolorem, flagellatio utrumque, & cibabat, apud Romanos vite supplicium servorum. Ergo ut servus tractatur Dominus dominantium? & tam crudeliter? ut teste S. Birgitta in suis Revelat. iustus Domino impacti sunt omnino 666. velut alijs sine repugnancia aiunt, 5475 & hi omnes super nudum & virgineum corpusculum ceciderunt. Et quare denudari voluisti mi Iesu, ut fædam illam nuditatem quam Humanæ generi peccatum Adæ induxit, punirem in memeri pso, sic enim per peccatum nudatus est homo Dei gratia, & remansit fædus & abominabilis plusquam audus homo. Cur instar pecudis mactandæ ligari voluisti? Domine, cuius manus illimitatae sunt? ut absolvere te o homo à vinculis peccatorum, quibus ligatus eras, velut vicima destinata ad maculum æternæ damnationis. Et cur ita præter morem